

15

LESSUS  
Ultimo honori Exequiarum  
BELLULI ADOLESCENTULI  
IACOBI MEMORATI,  
REVERENDI DOCTISSIMI, ET  
IN ECCLESIA CHRISTI EME-  
RITI VIRI,

D. JACOBI  
MEMORATI  
FRATR. ORTHOD. BOH:  
IN POL: CONSENIORIS,

Et Concionatoris Polonici Lessnae dignissimi,

DILECTISSIMI FILIO LI &  
Literarum Tyronis sagacissimi

Qui 10. Kal. Sept. A. D. cl. Id. <sup>100</sup> cXL. inter horam  
septimam & octavam postmerid.  
placidè exspiravit.

Sub Personâ Parentum & domesticorum  
decentatus ab Amicis.

---

LESNAE.  
Apud Daniellum Veterum. Anno 1640.

Rendo et doctissimo Thiro Dr. Georgio Pauli  
S. S. Throl. Doct. Et in Gymnasio Danic.  
Pragae. colostrino.

ITA MEM



## LACRYMAE PATRIS.

**N**ate meæ Vires dum vixti, vitaq; Nate :  
Dùm moreris mihi mors Nate tenelle sies.  
Vivere me lensi dàm te quoq; vivere sensi,  
Dàm moreris morior, dum cadis ipse cado.  
Ilia rumpuntur, liquefit cor, mensq; vacillat  
Et totos artus flacceo, totus edor.  
Quis mihi nunc baculus senio dàm concido fulcrum,  
Quis quando titubodulce levamen erit ?  
Occubui, perij, miser ah perij ! nec in ullo  
Spes, qui solari (quam DEUS ipse) queat.

## LACRYMAE MATRIS.

**A**h fili fili ! mi dilectissime fili  
Ah Mene fugis miseram ! me miseram ! quid abis ?  
Ah mea lux, mea spes, mea sors dulcedo, voluptas !  
Ah IACOBELLE peris ! vah IACOBELLE cadis !  
Quid faciam sine te, dum te vincenda nec ullis  
Fletibus aut precibus lurida Parca rapit ?  
Vivere discupio ; cupio comitarier unum  
Te IACOBELLE meum, vah morior ! morior !

## LACRYMAE SORORUM.

**Q**uo properas, quoniam properas GERMANULE no-  
Deliciuni Matris deliciumq; Patris ? Cster,  
Sisse gradum, nec enim tempus: quas colligis istas  
Diffier sarcinulas dum benè canus eris.

A :

Lude

Lude domi ac equita, saltaq; in arundine longā,  
Musarum tenerum noscere disce chorūm.  
Audiat en Genitor miscere Latina Polonis  
Verba, & Tevtonicos audiat ille sonos.  
Namq; potens horum es, facilem tibi docta Minerva  
Se dedit, auspicijs semper amica tuis.  
Ne propera á nobis, fac te præsente fruamur,  
Utg; soles lepidis exhilarato jocis,  
Non desunt, remane, docti pia turba Magistri,  
Quorum operā poteris doctus & esse probus.  
Te patrissantem, remane, videamus, & olim  
Credentūm populo mystica verba loqui.  
Non remanes? ah non remanes! nil mortue votis  
Annus? atq; fugis more fugacis aquæ?  
Sed fugit: & frustrā lugemus, vivere frustrā  
Optamus, cœli huic dia theatra placent,  
Despicit humanos cœlestes quærit ovatus,  
Post quid quid tellus ponit amara gerit.  
Nos miseræ miseræ, ter nos miseræ sumus, orbæ  
Vivimus, alterutro fratre petente polū.  
Alter & ignoto vivit semotus in Orbe  
Cui trananda manent mille periēla sali.  
O DÆUS illum da nobis quando hunc capis, ejus  
Gaudeat aspectu carus uterq; Parens!

---

MORTUVVS RESPONDET PER  
Protopopæiam.

I. Parenti.

Parce senex lacrymis Genitor, Matercula parce  
Parcite Germanæ: nil mea fata movent.  
Sat vobis vixi me jam dimittite Magnus  
Quum poscit rursus qui dedit ante DÆUS.

Vester

Vester eram fateor, nec eram totus : sed habebat  
Plenius en in me conditor imperium.  
Dum placuit vixi morior dum complacet illi,  
Huc ecquis poterit scribere amabo dicam ?  
Iam jam care Pater pertristes desine planctus  
Plangere, quin Domino cantica pange tuo.  
Non amisisti sed premissoe putato  
Me puerum, quam tu pone sequere viam.  
Plurima me juvenem satias & tedia vitæ  
Vexarunt, in quâ nil nisi lerna mali.  
Est satiùs veniam sanctas ad purior arces  
Quâm vitijs animâ polluar inumeris.  
Vita mihi mundo immundo in quò longior esset.  
Cresceret hoc labis fax quoq; deterior.  
Ergo care Pater pertristes desine planctus  
Plangere, quin Domino fundito vota DEo.  
Squallentem purga faciem, mihi nam benè nôsti  
Successit, tuto res mea posta vado.  
Aethereus jam sum civis non incola mundi,  
Terrestris posui corporis exuvias.  
Despicio mundum cœlestem suspicor aulam,  
Cujus Tu civis credo futurus eris.  
Illic gaudebis mecum, recreaberis unâ  
Aeternos miscens sed sine fine sonos.  
Ergo Pater querulos jam desine desine planctus  
Plangere, postremum dum Tibi dico Vale !

II. Matri.

O Mater Mater mea dilectissima Mater  
Non dic te miseram, nec fugio miseram.  
Dicte felicem quæ possis cernere, fatus  
Quod fuerit scelis exitus hicce tui.  
Exeo de mundo pereo non ; sed peto ccelum  
Ad quod iter nobis non nisi Morta parat.

Mortalem genuisse scias, nec pace sequestrari.  
Sicut Nona atrox me superesse Tibi.  
Vivito & ulterius Fratri, gnatasq; gubernari.  
Ut quæ opera haut possunt nuncce carere tua  
Est Pater est Mater mihi præsto Iehova supernus,  
In cuius recubo candidiore sinu.  
Si non invidreas muliebres excute planctus  
Mater, dic Gnat: molliter ossa cubent.

### III. Sororibus.

Sic est, quod propero à vobis properante Sorores:  
Cursu, mundanas deserco delicias.  
Non possum cohibere gradum mandante supremi:  
Voce DEi, rugas despicioq; senes.  
Sunt aliz Musæ, lusus alijq; videndi,  
Amplius haut Mundi jam mihi sistra placent.  
Namq; Scholâ crucis exivi arridet schola lucis  
Est studijs Christus Præses, Apollo meis.  
Iam Patris effigiem video sine fine perennem.  
Aternusq; faver Spiritus ille mihi.  
Angelicas inter turmas colludo frequenter.  
Audio mellifluos suauis onosq; tonos.  
Flosculus in terris fueram spinis sed opertus.  
Nunc nunc me superum pulchrior hortus habeo.  
Fulgura non metuo, frigus, nimbasq; procellas.  
Non testus nimio, Sîrius ille nocet.  
Perpetuus verno leniq; Favonius aurâ  
Spirans, me succo vividiore beat.  
Sic placet: heu frustra vultis deducere ccelo.  
Cur meliora finam, deteriora sequar?  
Sistite jam lacrymas, questus pressate sorores:  
Qui vos solerat charior alter erit.

**Alter erit vester qui ignoti compita mundi**  
Germanus terit, hunc, sat scio IOVA dabit.  
**Exanguis mihi si flores & ferta locatis,**  
Scite vel hinc quod ego flosculus umbra fui.

## CENOTAPHIUM.

**H**ec Urnâ claudor Memorati filius, o Sto  
Annos vixi, sex hebdomadasq; decem.  
Bls Denis factibVS tribVS ac ILLVX. et Vt aXIs  
AVgVstI, eXpertVs VInCVLa DVra neCIS.  
Si queras nomen? fueram dum forte IACUBO  
Illud erat, sed nunc pulvis & umbra Vocor.

amoris, honoris atq; solatij ergo  
condoluit

**JOHANNES IAWORSKI.**  
Budvicensus Moravus. p. t.  
Generoforum Dominorum Gorasciorum Inspector.

**CLARIS. Dno. MACRO S. & O.**

**E**xtera non semper lucius dat signa profundus:  
Qui dolor est mutus, is mage corda ferit.  
Luximus & lugemus adhuc MEMORATVLE fatum  
Chare, tuum; sileat nostra Thalia licet.  
Et qvi non sileat? solandx intenta Sorori  
Atq; tuæ atq; lusæ nos fugit illa nimis!  
Diximus ex animis mesto solatia Patri,  
Ductantem funus dum sequeremur eum.  
Testatur nostros tristis Libilitina dolores:  
Sparsimus & lacrymas ad sacra busta pias.  
Insuper ut calamo doleam, licet inde reversa  
Adnostras non sit nostra Thalia domos.

En-

102 839

En paucos elegos Macer o Venerande, laborum  
Inter congeriem quos male fundo meam.  
Impedit hæc venas, C istis DEVS exsere tandem  
Ponderibus miserum daq; qvieta frui.  
Ergo qvæ nostro sunt deficiencia versu.  
Tu cum SCHOSSERO supple adamate MACER.

T. Sam. Sp.

**AD COLENDI SSIMAM MEMO-  
RATAM DILECTI FRATER CULI  
obitum dolentem.**

D Esine iam tandem Fratris MEMORATA, dolore,  
Fata, nimis memori sic memorare tui.  
Non fas Cælicolas flendo memorare beatos:  
Terricolum lachrymis, sors memoranda venit.  
Pluribus haud opus est hæc deduxisse Tibi; sunt  
Cui Mala nota Soli cui Bona nota Poli.  
Ergo hæc scire tuum quo te solamine dudum  
Firmat, eo mentem perge fovere tuam.  
Frater id ipse iubet: quem Consolabilis audi  
Fundentem tumulo hæc ultima dicta sua:  
**I**n genio & probitate senex, etate puellus  
Sedibus ætherijs redditus anné flear!  
Corporis innocuas mature trado sepulchro  
Exuvias Manes innocuosq; D E O.  
Sic mihi defuncto cur in videatis Olympum?  
Sic vixisse brevi munera magna D E I,

Samuel Specht. Illustriss.  
Comitis de Cr in Loschna Se:  
cretarius eiusdemq; Reipubl.  
Archivarij